Noi passeremo per la Chiesa.

Nos transibimus per Templum.

Tu hai conseguito molti honori per mezzo mio.

Tu es consecutus multos honores per me.

Cesare passò per la Franza per mezzo delli Borgognoni.

Cæsar transiuit per Galliam, per Heduos.

HAec Aduerbia significāt versus locū; horsum, storsum, illorsum, sursū, deorsum, dextrorsum, sinistrorsū, seorsum, aliorsum,

aliorsum, aliquorsum & cætera composita à quorsum, vt siquorsum, nequorsum.
Tu venirai qui verso me, ouer verso noi.
Tu venies horsum,
Noi caualcaremo volentieri verso te, ouer verso voi
Nos equitabimus libenter istorsum.
Tu caualcherai verso la Frāza, pche verso là ha caualcato (tuo fratello
Tu eqtabis Galliā versus, quoniā illorsū eqtabit tuus frater.
Io corro hora di su, hora di giù.
Ego curro modo sursum, modo deorsum.
Io caualcherò a man destra, & tu a man sinistra.
Equitabo dextrorsum; & tu sinistrorsum
Ti dico molte cose separatamente da li altri.
Tibi multa dicam seorsum ab alijs.
Tu hai accettato altramente quel ch'io ho fatto.
Tu accepisti aliorsum id, quod ego feci.

NOmina propria vrbium, prouinciarum & appellatiua in accusatiuo significant versus locū, cū hac præpositione versus, quæ semper postponitur. Et eo Romam versus.
Tu sei andato verso Cremona.
Tu iuisti Cremonam versus.
Io son andato verso Trento,
Ego iui Tridentum versus.
Noi nauigaremo verso Carthagine.
Et tu verso Venetia.
Nos nauigabimus Carthaginem versus.
Et tu Venetias versus.
Noi habbiamo nauigato verso la Spagna.
Tu nauigherai verso Inghilterra.
Nos nauigabimus Hispaniam versus.
Tu nauigabis Britaniam versus.

Io andarò

Io andarò verso la Chiesa. Tu anderai verso il monte.
Ego ibo Templum versus. Tu ibis montem versus
Mio fratello caualcaua verso il Rheno,
Meus frater æquitabat Rhenum versus.

HAec aduerbia significãt vsq; ad locũ, vel vsq; ad tẽpus hucusq;, istucusq;, illucusq;, hactenus, quousq;, eousque.

Tu veniui volentieri sin qui da me, ouer da noi.
Tu veniebas libenter hucusque.
Dimane venirò fin quì da te, ouer da voi.
Cras veniam istucusque.
Tu sei andato fin à Roma, pche fin la è andato mio fratello.
Tu iuisti Romam vsque, quoniam illucusq; iuit meus frater.
Fin à quel loco andarai, Fin à quel tempo mi aspettarai.
Quousq; ibis. Quousq; me expectabis.
Io andarò fin la fin doue io dissi ch'era per andare.
Ego ibo eousq;, quousq; dixi me esse iturum.
Fin quì à te ha dilettato amar le buone lettere.
Hactenus, hucusq; te delectauit amare bonas litteras.

NOmina propria vrbium, in accusatiuo significãt vsq; ad locum cum hac præpositione vsq;, vt eo vsq; Romam.

Tu sei andato fin à Cremona. Tu iuisti vsq; Cremam.
Tu caualcarai fin'a Treuiso. Tu equitabis vsq; Taruisium.
Li miei amici han nauigato fin'a Carthagine.
Noi nauigauamo fin'a Venetia.
Mei amici nauigarunt vsq; Carthaginem.
Nos nauigabimus vsque Venetias.

NOmina prouinciarum, & appellatiua, in accusatiuo significant vsque ad locum, cum vsque & ad, vel in vsque ad templum, vel vsque in templum eo.

Tu sei caualcato per fin nella Germania.
Tuo fratello nauigarà fin'in Candia,

Tu equitauisti vsque in Germaniam.
Tuus frater nauigabit vsque in Cretam.
Noi erauamo andati fin'al monte Caucaso.
Tuo fratello è andato fin'al Mincio.
Nos iueramus vsque ad monte Caucasum.
Tuus frater iuit vsque ad Mintium.
Tu vai per fin in Chiesa. Tu is vsq; in Templum.

Ista quattuor nomina, Domus humus, rus, militia, quãuis appellatiua sint semper tamen vt propria ponuntur; vt Domi tuæ sunt & rugibo. (verso casa.
Io sto à casa, vado à casa, vengo da casa, passo per casa, uado
Maneo domi, eo domum, venio domo, transeo domo, eo domũ versus; Vado fin'a casa, Eo vsq; domum.
Io giaccio in terra, iaceo humi, mi leuo da terra, surgo humo,
Io sto alla villa, maneo ruri, vel rure.
Io vado alla villa, Eo rus. Vengo dalla villa, Venio rure.
Passo per la villa. Transeo rure. Vado verso la villa. Eo rus versus. Vado fin'alla villa. Eo usque rus.
Tu sei chiaro à casa, & al soldo.
Tu fuisti clarus domi, militiæque vel domi, forisque.
Vado al soldo. Eo in militiam. vt ait Ter. De Supinis.

Supina sunt duo, vnum in tum, alterũ in tu, vt amatũ amatu prius supinum significat ad locum & habet significationem actiuam, vt eo spectatum. eo cantatum eo seruitũ, Et eadem significationẽ habet gerundium in dum, cum hac prepositione; ad Nã idẽ est dicere spectatũ, vt si dicas eo ad spectandum Et hæc supina in, tum volunt post se casus suorũ uerborum, itaq; dices eo spectatum ludos Et petitum consulatum Eo seruitum tibi ut Vir aut gratis seruitũ matribus ibo. Alterum supinum in tu vt amatu habet significationem passiuã et non significat de loco. licet Cato dixerit, bonus paterfamilias

primus

primus cubitu ſurgat. poſtremus cubitum eat. Quoniã vt eſt in prouerbio, vna hirundo non facit Ver. Et regulæ formandæ ſunt ex vſu frequentiore. Io vado a leggere le tue epiſtole. Ego eo lectum tuas epiſtolas. Bene etiam & latine dixeris eo ad legendum tuas epiſtolas, Vel ad legẽdas tuas epiſtolas,
Le tue lettere ſono facili da eſſer inteſe.
Tuæ letteræ ſunt faciles intellectu. Vir.
Nec vſu facilis nec dictu affabilis vlli.

De gerundijs.

GErũdia ſunt tria in di, in do, in dum, vt amãdi, amãdo, amandũ de his multa dici poßẽt. ſed tantũ ea q̃ neceſſaria ſunt attingemus ponũtur in oratione cũ caſib. ſuorũ verborũ, vt veni ad te, cauſa legẽdi tuas litteras, uel cauſa ſtudẽdi Vir. ſed ſępius ponũtur abſoluta vt sũ cupidior vidẽdi, q̃ audiẽdi, gerũdiũ in do, eodẽ modo ſępiſſime ĩ oratiõe abſolute ponitur ut emẽdo, et uẽdẽdo hoĩes piti fiũt. vigilãdo, et nõ dormiendo doctus euades. gerũdiũ in dũ idẽ ſignificat, q̃ ſupinũ ĩ tũ ut diximus vt. eo ad emẽdũ, ad uẽdendũ, ad ſeruiẽdũ et ſic de ſingulis. Sed frequẽtius et elegãtius dicemus cũ habẽt poſt caſũ aliquẽ eo ad amãdũ uirtutẽ, quã eo ad amãdũ virtutẽ. Eo ad emẽdos libros, quàm ad emendũ libros.

Exempla in di.

Era deſideroſo di veder le tue lettere.
Eram cupidus videndi tuas litteras.
Tu ſei deſideroſo di uenir da me. Tu es cupidus ueniẽdi ad me.
Son piu deſideroſo di leggere, che di dormire.
Sũ cupidior leggẽdi, q̃ dormiendi.

Exempla in do.

Cantando & giuocando hai fatto il tuo uiaggio.
Cantando, & ludendo perfeciſti tuum iter,

Exempla in dum.

Tu anderai ad amar le virtù.
Tu ibis ad amandum virtutes, vel amatum virtute, ſed elegantius ad amandas virtutes,

De infinitis, & eorum constructione.

IN finita si volunt aliquē casum ante se volunt accusatiuū, & post se suos casus, dices igitur. Ego cuperē te amare litteras. Video te emere multos libros pulcherrimos, gaudeo te seruire meis amicis. Excipiuntur vero esse, & euadere, quæ volunt post se talem casum, qualē habent ante, vt ego lętor te euadere doctū, mihi licuit esse otioso, ait Cicero. Exempla.

Io desiderai che venissi da me.

Desyderarem te uenire ad me.

Io ho inteso che hai amāto le buone lettere.

Intellexi te amauisse bonas litteras.

Io veggo che Virgilio è letto da gli huomini dottissimi.

Video Virgilium legi ab omnibus doctissimis.

Conosco che sei stato amato da mio fratello.

Cognosco te amatum fuisse à meo fratre.

A te piacerà esser dotto. Tibi placebit esse doctum.

A te è dilettato diuentar buono.

Te delectauit euadere bonum.

De participijs, & eorum formatione.

PArticipia præsentis & preteriti imperfecti temporis, quæ formātur à verbis actiuis, à verbis neutris, à verbis deponētibus desinūt in ans, aut in ens, vt amās, et legēs, & formātur à prima persona præteriti imperfecti, mutādo bā, aut bar in, ns, vt amabā, mutādo bam in, ns, fit amans, legebā mutādo bam in, ns, fit legens idem accidit in neutris, vt abūdabā, mutando bam in, ns fit abundās, seruiebam, mutando bā in, ns fit seruiens, idem fit in deponentibus recordabar, mutando bar in, ns fit recordans, vtebar mutando bar in, ns, fit vtens.

PArticipia quæ desinunt in rus sunt futuri tēporis, & formantur ab vltimo supino prædictorū verborū actiuorum neutrorum, & deponētiū addita rus vt amatu, addita rus fit ama-

amaturus,abundatu addita rus fit abundaturus, recorda- 162
tur adita rus fit recordaturus.

VErba actiua nisi carent supinis habent duo participia, vnum in ans, aut in ens, vt amans, et legens, alterum in rus, vt amaturus, & lecturus.

VErba passiua eodem modo habent duo participia, unum in tus, vt amatus, & lectus, aut in sus, vt visus, quæ et ipsa formãtur ab vltimo supino addita littera.s. vt amatu addita s, fit amatus, visu addita, s, fit visus. Alterũ participiũ passiuũ desinit in dus, et formatur a participio præsenti actiui idest ab eius genitiuo hoc modo, amãtis, mutata amatatis in dus fit amãdus, vidẽs videntis mutata tis in dus fit vidẽdus.

VErba neutra nisi carent supinis habent duo participia, quemadmodum actiua, & formantur eodem modo vt abundans, & abundaturus, seruiens, & seruiturus.

VErba deponentia nisi carent supinis habent tria partici pia in significatione actiua, ut recordans, recordatus, & recordaturus obliuiscens oblitus, & obliturus.

VErba actiua quę carent supinis habent unum participiũ in ans, aut in ens, à quo formatum alterũ in dus, vt est in hoc verbo timeo es ui ca. sup. formabis timens, & timendus, vt diximus. sed non formabis timitus, atq; timiturus, quæ formarentur ab vltimo supino si reperiretur.

VErba neutra quæ carent supinis habent vnum participium in ans, aut in ens, quoniam non possunt formari participia in dus, cum verbum neutrum non habeat passiuam significationem, vt egeo, es, ui, ca. sup. habens solum egens, quod formatur ab egebam, vt iam diximus.

VErba deponẽtia, q̃ carẽt supinis habẽt eodẽ modo unũ ꝑticipiũ, ut uescor, bar, uescẽs, nõ põt hẽre uescitus, neq; uesciturus, q̃ formarẽtur ab vltimo supino uescitu si reperiretur.

De construttione passiuorum actiuorum.

DE omnibus participijs generaliter dici potest. quòd volunt ante se, & post se duos casus quos volunt eorum uerba, dices igitur ego amans te, sum amaturus tuum fratrē, Quoniam eodem modices.

Ego amo te & amabo tuum fratrem. Exempla.

Tu amando la virtu, sei per amare la mia dignità.

Tu amans virtutem es amaturus meam dignitatem.

Al precettore leggendo, & per douer legger le tue lettere, apparenirà insegnarti la Rhetorica. (Rhetoricam.

Præceptoris legētis, et lecturi tuas litteras intererit docere te

A te comprando, & per douer comprar molti libri piacerà diuentar dottissimo. (ctissimo.

Tibi ementi, & empturo multos libros placebit euadere do-

A tuo fratello donando, & per douer donare molti presenti à noi ha dilettato abondar di buone lettere.

Tuum fratrem donantem, & donaturum multa donabis delectauit abundare bonis litteris.

Tu serai laudato dal mio precettore insegnando, et per douer insegnare alli suoi discipoli ottime lettere.

Tu laudaberis à meo præceptore docente, & docturos suos discipulos optimas litteras.

EOdem ordine percurrentur constructiones in numero plurali eorundem participiorum actiuorum, a quorum exemplis breuitatis causa supersedemus.

De constructioue participiorum paßiuorum.

PArticipia paßiua eodem modo volunt ante se, & post se illos casus quod volunt uerba paßiua. Tu dices igitur Cicero amatus est & amandus a bonis. Quoniam amor, amaris vult ante se nominatiuū personæ patientis, & post se ablatiuum cum hac præpositione, a, vel, ab personæ agentis.

Exempla participium passiuorum. (amici.

VIrgilio amato & da esser amato da me piacerà alli tuoi
Virgilius amatus, et amãdus, à me placebis tuis amicis.
Tu sei stato studioso di Cicerone comprato & da esser comprato da me per tre ducati. (reis nummis.
Tu fuisti studiosus Ciceronis empti, & emendo a me tribus au
Noi daremo opera à Liuio dechiarato, & da esser dechiarato dal precettore alli suoi discepoli.
Nos dabimus operam Liuio declarato, & declarando à præceptore suis discipulis.
Noi imitaremo Horatio insegnato, & da esser insegnato buone lettere dal precettore.
Nos imitabimur Horatium doctum, & docendum bonas litteras a preceptore.
Tu sei stato laudato da mio fratel lo ornato & da esser ornato di molte virtù. (tutibus.
Tu laudatus fuisti à meo fratre ornato, & ornãdo multis uir

EOdem modo percurrentur in numero plurali eorundem participiorum passiuorum, sed in diuersis participijs.

De constructione participiorum neutrorum.

PArticipia neutra eodem modo volunt ante se, & post se casus suorum uerborum dices igitur, ego abundans bonis libris sum abundaturus doctrina, quoniam, dices. Ego abũdo bonis libris, & abundabo doctrina. Exempla.

Li scholari abondando, & per douer abondare d'ingegno daranno opera alla filosofia. (sophiæ.
Discipuli abundantes, & abũdaturi ingenio incumbens philo
Alli soldati obedendo, & per douer obedire al suo Capitano, appartinerà combatter acramente ne' fatti d'arme.
Militum obedientium & obediturorum suo Imperatori interit pugnare acriter in prælio.

A voi arando, & per douer arare le nostre possessioni, piacerà imparar l'agricultura.

Vobis arantibus & araturis nostræ possessiones, placebit discere agriculturam.

Alli scholari allegrandosi & per douersi allegrare della virtù, dilletterà seruire à Dio.

Discipulos gaudentes, & gauisuros virtute delectabit seruire Deo.

Noi siamo amati dalli tui amici uiuendo, & per douer uiuere nelle lettere.

Nos amamur à tuis amicis viuentibus, et victuris in litteris.

EOdem ordine pręcurrentur cõstructiones in numero singularis eorundẽ participiorũ neutrorũ, sed in diuersis participijs.

De constructione participiorum deponentinm.

PArticipia deponentia eodem modo volunt ante se, & post se casus suorum verborum dices, igitur. Ego recordans iniurias præteritas sum recordaturus præsentes, quoniã dicerẽ, Ego recordor iniurias prateritas, & recordabor præsentes.

PArticipia verbis deponentis in tus, aut in sus, vt recordatus vsus, habent significationem actiuam in terminatione passiua, dices igitur. Ego recordatus sũ iniurias, nec dicere posses, iniuriæ recordatæ sunt à me, quoniam hæc participia non habent passiuam significationem.

De constructione quæ fit verbum cum desinit participium.

CVm pręponetur tibi aliqua cõstructio in nostra lingua per participiũ, qđ nõ inueniatur ĩ futura significatione. i. quod desinit in rus formabis constructionem per futurum illius verbis. cuius participiũ nõ inuenitur, ut si proponeretur tibi hę cõstructio, io son per temer la guerra, nõ potes dicere sum timiturus bellum, quoniam non inuenitur tale participium. Tu sumes igitur futurũ huius verbi timeo. et dices. Ego timeo bellũ, quod idem significant. Et hoc dictum sit de omnibus verbis.

Exempla participiorum deponentium. Et eorum quæ fiunt per futurum verbi. Cum non inuenitur participium.

NOi ricordandosi, & per douersi ricordare le nostre lettioni deuenteremo dottissimi. (doctissimi

Nos recordantes, & recordaturi nostras lectiones euademus

Alli soldati aiutando, et per douer aiutar voi appartinerà venire in questa prouincia.

Militum auxiliantium & auxiliaturorum nobis intererit venire in hanc prouinciam.

A voi consolando, & per douer consolare gli nostri amici, piacerà andare à Milano. (ire Mediolanum.

Vobis consolantibus & consolaturis vestros amicos, placebit

Alli scholari allegrandosi, & per douersi allegrare del suo ingegno, diletterà abbracciar le buone letterc.

Discipulos lætantes, & lætaturos suo ingenio delectabit amplecti bonas litteras.

Noi siamo laudati dalli nostri amici patendo, & per douer patire molte miserie dalla guerra.

Nos laudamur à nostris amicis patientibus, & pessuris multas miserias à bello.

EOdem modo percurrentur constructiones in numero singulari sed in diuersis participijs.

Exempla constructionem quæ fiunt per futurum verbi, cum non inuenitur participium futuri temporis.

Io son per abbandonar gli vitij. Ego linquam vitia.

Io son per hauer bisogno di molti libri. Ego indigebo libris.

Io son per mangiar cibi delicati. Ego vescar cibis delicatis.

VErba quæ nō habent particicipium in rus, aut in tus, aut in sus, continentur his versibus infrascriptis &, vt plurimum actiua sunt.

Ambigo

AMbigo, compesco, disco, posco, tremo, glisco,
Lambo, vel lingo, metuo, timet, vrgeo, caluo.
Linquo, vel sugo, renuo, fugit, acluo, imge.
Respuo, cum cerno proprijs caruere supinis. Ango cũ satago.

De constructione quæ fit per verbum actiuum cum non inuenitur participium passiuum in tus aut in sus.

CVm proponitur constructio in nostra lingua ꝑ participiũ passiuũ in tus, aut in sus ꝙ nõ inueniatur, vt si aliquis diceret. La guerra è stata temuta da me. Non potes dicere, Bellum timitum est à me. Quoniam nõ reperitur tale participiũ timitus, ta, tum, Tu resolues constructionẽ cũ relatiuo, & cum preterito perfecto verbi actiui, quod est timui. Et dices. Ego timui bellum. Quoniam idem est dicere in nostra lingua. La guerra è stata temuta da me, & io ho temuta la guerra.

De cõstructione, quę fit verba neutra cum carent participijs.

CVm proponitur constructio per participium verbi neutri quod nõ inueniatur in significatione futura in rus, vt studeo, studui, quod nõ habet studiturus. Tu facies quemadmodũ te docui in verbis actiuis, si quis igitur aliquis ꝓposuerit tibi hanc constructionem. Io son per studiar Terentio, Quoniã nõ potes dicere. ego sum studiturus Terentio, sumes futurum huius verbi studeo. Et dices. Ego studebo Terentio. Quoniam in nostra lingua idem est dicere. Io son per studiar Terentio. Et io studiarò Terentio.

Exempla.

IO son per esser sollecito delle cose mie.
Ego satagam rerum mearum.
Tu sei per hauer bisogno di molti libri.
Tu indigebis multis libris, vel multorum librorum.

De cõstructione q̃ fit ꝑverba deponẽtia cũ carẽt participijs.

CVm proponitur constructio per participium verbi deponentis quod non inuenitur eodem modo sumes futurum dicti

dicti verbi, vt si aliquis diceret, io son per vsar cibi delicati. Quoniam non potes dicere. Ego sum vesciturus, tu sumes futurũ huius verbi Vescor, & dices ego vescar cibis delicatis, quoniam idem est dicere in nostra lingua. Io son per vsar cibi delicati, & io vserò cibi delicati.

De consequentis.

Consequẽtia fit ex oĩbus participijs, et sẽp ꝑ cius cõstructio collocatur ĩ abltõ, aut singulari, aut plurali, sunt ẽt q̃dã consequentię quæ fiunt ex noĩbus, vt me viuo non facies hoc.

De consequentia participiorum actiuorum.

Consequẽtia participiorum actiuorum in ans, vel in ens, ita formabitur, dices enim amando tu le lettere, tuo padre sarà piu ricco in questa città. Te amante litteras, tuus pater erit ditior in hac vrbe.

Quod idem significant cum tu ames litteras, tuus pater erit ditior in hanc urbe.

Exemplum.

Cantando tu Virgilio, io leggo Cicerone.
Te cantante Virgilium, Ego lego Ciceronem.

De consequentia participij actiui in rus.

Consequentia participij actiui in rus fit rarius quam alię consequentię, tamẽ si acciderit, ita dices. Essendo mio fratello per comperar molti libri, tu laudarai tal compra.
Meo fratre empturo multos libros, tu laudabis talẽ emptionẽ
Essẽdo per insegnare il precettore à te buone lettere, io son per laudare la sua diligentia.
Pręceptore docturo te bonas litteras, Ego sũ laudaturus eius (diligentiam.

De consequentia participiorum passiuorum.

Consequentia participiorũ paßiuorũ, & primũ participiorũ in tus, et in sus, ita fiet dices.n. Sigillata l'Epistola Philotimo tuo liberto vẽne da me. Obsignata Epistola Philotimus tuus libertus ad me venit. ꝙ idẽ est ac si diceres, Postquã obsignaui epistolã Philotimus tuus libertus ad me uenit.

Lette

Exemplum.

Lette le tue lettere io andarò in piazza.

Lectis tuis litteris proficiscari in forum, quod perinde. Hac si diceres, Postq̃ vel cũ legero tuas literas proficiscar in forũ.

De consequentia participiorum passiuorum in dus.

CONsequentia participiorum passiuorum in dus, fit eodem modo in ablatiuo, quemadmodum diximus, dices igitur.

Alcibiade era piu atto ad acquistarsi amici, che a mãtenerli.

Alcibiades erat aptior conciliandis amicis, quàm retinẽdis.

Exemplum.

Nel gouernar la Republica, & nel gouernar l'essercito sei stato in fiore. Administranda Republica, & administrando exercitu floruisti. hinc vni consequentiæ, additur etiam hæc præpositio, in vt si diceres. In administrando Republica. & in administrando exercitu floruisti.

De consequentia verborum neutrorum & deponentiũ.

COnsequentia verborũ neutrorũ et deponẽtiũ formatur eo modo, quo formatur consequentia verborum actiuorum. Tu dices igitur Abõdãdo noi di ricchezze, tu non serai pouero. Abundantibus nobis diuitijs, non eris pauper.

Exemplum.

TE seruendo à Dio, tutte le cose anderan bene.

Te seruendo Deo omnia succedente sentẽtia. Quod per inde est, ac si diceres, cum seruias Deo, omniã succedẽte sententia.

De consequentia participiorum neutrorum in rus.

COnsequentia participiorum in rus, ita fiet. Essendo tu per ubidir al senato niẽte di male accaderà alla tua famiglia Te obedituro Senatui, nihil mali accidet tuæ familiæ.

Exemplum.

Essendo tu per seruire alli miei amici, noi non potremo perire.

Te seruituro meis amicis, nos non poterimus perire.

De consequentia participiorum deponentium.

Consequentia participiorum deponentium formatur eodē modo, quo participia neutra, & actiua, dices igitur.

Te vsando il mio cauallo io vsarò il tuo.

Te vtente meo equo, vtar tuo. Exemplum.

Noi facendo l'officio nostro, farai il tuo.

Nobis fungentibus nostro officio, fungeris tuo.

De consequentia participiorum deponentium in rus.

Consequentia participiorum in rus, formatur, vt consequentia actiuorum & neutrorū quemadmodū diximus. Tu dices igitur, essendo tu per far l'officio tuo, molti commodi à noi seguiranno. Te functuro officio tuo, multa commoda nobis euenient. Exemplum.

Essendo voi per aintare gli vostri amici, le cose loro anderanno bene. Vobis auxiliaturis vestris amicis, eorum res ex sententia succedent.

Consequentia nō fit ex participijs præteritorū perfectorū verborum deponentium, Quoniam non habent significationem passiuam si aliquis igitur proponeret tibi hanc cōstructionem. Aiutato l'essercito da te noi saremo liberi da questo assedio. Quoniam non potes dicere, auxiliato exercitu à te, cum auxilior non habeat significationem passiuā resolues constructionē cum verbo, Et hoc aduerbio cū. Vel postquā dices igitur. Cū uel postquā auxiliatus fueris exercitu, nos hac obsidione liberabimur. Quoniam, idem est dicere in nostra lingua, Aiutato l'essercito da te, ac si diceres, Poi che hauerai aiutato l'essercito, idē facies in verbis neutris. Et si aliquis tibi proponeret talem cōstructionē. Venuto Cesare à Roma, noi tutti si partiremo. Quoniā non potes facere cum participio passiuo quo caret verbū neutrum, dices. Cum vel postquàm Cæsar Romam venerit, omnes discedemus. Quoniā idē est dicere in nostra

ſtra lingua, venuto Ceſare à Roma, come dire, Poi che Ceſare ſara venuto a Roma. Et hoc de conſequentijs ſatis ſit.

De Comparatiuis.

COmparatiuũ nomen eſt illud, quod ſignificat tantum per ſe quãtũ ſignificat eius poſitiuũ cũ hoc aduerbio magis, Quoniã idem eſt dicere. Sũ doctior te. Et ſi diceres. Sum magis doctus quã tu. Poſitiuũ nomen appello adiectiuũ ſecundę aut tertiæ declinationis. Quod poteſt accipere incrementum ſecundæ vt doctus, cta, ctum, albus, ba, bum, niger, nigra, nigrum, quæ nomina declinantur per tres voces tertię declinationis, vt hic & hæc fortis, & hoc forte, quæ declinantur per duas voces & tres articulos. Et vt hic, & hęc, & hoc felix, quæ declinantur per tres articulos, & vnã vocẽ, ab his nominibus formãtur cõparatiua, vt diximus. Quoniã poſſũt accipere incremẽtũ, aut ĩ minutionẽ. Quoniã ille q eſt doctus, põt eſſe doctior, Et ille q ẽ albus, põt eſſe albior. Et ſic de ſingulis.

De eorum formatione.

COmparatiua quæ formantur à nominibus, adiectiuis ſecundæ declinationis ab eorum genitiuis addita or, vt doctus docti doctior. albus albi addita or fit albior, niger nigri addita or, fit nigrior. Quæ autem formantur à nominibus tertiæ declinationis formantur à datiuo addita or, vt hic & hæc fortis. datiuo huic forti addita or, fit fortior, hic et hęc & hoc fœlix datiuo filici addita or fit fœlicior.

COmparatiua anomala, id eſt quæ nõ ſequũtur hanc regulam ſunt melior, peior, maior. minor dexterior ſiniſtrior, ſenior, & iunior, Et hæc duo vltima nõ habent ſuperlatiuum melior habet ſuperlatiuũ optimus peior peſſimus, maior maximus minor minimus eorũ poſitiua ſunt. bonus, quod ſecũdũ regulã deberet facere bonior, et facit melior malus quod deberet facere malior, & facit peior, magnus quod deberet facere magnior,

magnior, et facit maior. paruus quod deberet facere paruior, et facit minor, dexter quod deberet facere dextrior, et facit dexterior, sinisterq; deb[illegible]t facere sinistrior, & facit sinisterior.

COmparatiua nō formātur à noībus, q̄ habēt uocalē ante, is aut ante, ius sed cōstructio fit ꝑ hæc aduerbia magis, et maius, dices igitur. Sū magis pius te, et nō pior te magis ardu⁹ et nō ardiuior magis egregius, non egregior. et sic de singulis.

AB aduerbijs aut præpositionibus formatur cōparatiua, Et presertim ab illis quæ desinunt in ra, & formāt ipsa comparatiua in erior, vt vltra vlterior, citra circiter, à post fit posterior, ab ante anterior, à pridem prior, quod dicitur de duobus, quemadmodum primus dicitur de pluribus.

MAgnificētior, munificētior, beneficētior, formātur à positiuis, magnificus, munificus, beneficus. Quorū sūt superlatiua magnificētissimus, munificētissimus, beneficētissimus.

COmparatiua formantur participijs quæ fiunt nomina. ut amās amātis amāti amantior, et sic de singulis, deterior cōparatiuū formātur, vt nōnulli volūt, ab hoc verbo detero.

COmparatiua diminutiua formantur à comparatiuis neutris, addita culus, vt hoc maius maiusculus, grandius grandiusculus Ter. Thais quàm ego maiuscula est.

De constructione comparatiuorum.

COmparatiua construuntur cum ablatiuo sine præpositione, dices igitur. Sum doctior te, sum melior meis amicis, & sic de singulis. Exemplum.

AL precettore piu dotto di te apparteniua erudire diligentemente li suoi discepoli nelle lettere.

Præceptore doctior te intcrera erudire diligenter suos discipulos bonis litteris.

ET ita discurres per oēs casus formando Themata cū uerbis impersonalibus. quēadmodum fecimus in participijs.

Compa-

COmparatiua si volunt aliquem casum vltra uolunt ablatiuum significatiuum excessum .i. excedere alium in aliqua re, ut sum altior te quattuor digitis. Exemplum.

A Francesco maggior di me dieci anni è piacciuto nauigare à Napoli.

Francisco maiori natu me decem annis, placuit nauigare Neapoli.

COmparatiua possunt habere vltra se casum suorum positiuorum, & quoniam dicimus, duo sum tibi amicus, eo modo dicemus. Ego sum tibi amicior Cæsare. Quoniam amicus positiuum vult post se datiuum. Exemplum.

AL mio fratello piu amico alla virtù di te diletterà abbracciar la filosofia.

Meũ fratrẽ amiciorẽ uirtute te delectabit ãplecti philosophiã.

DE comparatiuis quæ ueniunt à præpositionibus eodẽ modo dices; Ego sum vlterior athesim te, quoniam ultra prępositio vult post se accusatiuo, et ita sum citerior alpes ĩsubribus, quoniã citra vult post se accusatiuum, & sic de singulis.

LI miei amici habitano piu di qua dal Mincio dieci miglia di tuo fratello.

Mei amici habitant citeriores Mintium decem millibus passuum tuo fratre.

DE comparatiuis quæ veniunt à participijs cum fiunt nomina eodem modo dices. Ego sum amantior iustitiæ te. Quoniam amans factum nomen vult post se genitiuum.

Exemplum.

Voi sete piu amanti delli buoni costumi delli vostri vicini.

Vos estis amantiores bonorum morum vestris vicinis.

PIV & meno cum loquimur de rebus, quas metiuunt, aut ponderamus substantiua in genitiuo ponuntur, dices igitur. Ego habeo plus frumenti, & minus vini meis vicinis.

Exempla.

Tu

TV hauerai piu oro & manco argento di mio fratello.
Tu habebis plus auri, & minus argenti meo fratre.
Tu hai hauuto sempre piu eloquentia, & manco sapientia de i tuoi eguali. (ęqualibus.
Tu habuisti semper plus eloquentię, & minus sapientię tuis

PLus etiam construitur alio modo à Terentio, dicit enim plus quingentos colaphos infregit mihi, sed vt diximus. vna hirũdo non facit. Ver. Et regulę formãdę sunt de his rebus, quę sunt in vsu frequentiore.

PIu, & meno, cum loquitur de rebus, quę numerantur construitur per plures, & pauciores dices igitur. Habeo plures libros, & pauciores vestes meis amicis. Exempla.

TV hai riceuuto piu lettere, & manco dinari di me.
Tu accepisti plures litteras, & pauciores nummos me.

VTimur Comparatiuo cum loquimur de his, qui sunt eiusdem, & diuersę nationis, dices igitur. Hector fuit fortior omnibus Gręcis & Troianis, sed non dices, Fuit fortissimus omnium Gręcorum, ad bene dixeris, Fuit fortissimus omnium Troianorum, quoniam vt scis fuit Troianis, & non Gręcus.

ET quemadmodum in nominibus est positiuum vt doctus, comparatiuum vt doctior, superlatiuum vt doctissimũ. Eodem modo in aduerbijs est positiuum vt docte, comparatiuum vt doctius, superlatiuum vt doctissime, & fortiter fortius fortissime. Et sic de singulis.

COmparatiuum aliquãdo significat plus quàm sum superlatiuum cum ei adiungitur hoc aduerbium multo. Et ita Cicero vtitur in officij, Vale igitur mi Cicero tibiq; persuade, te mihi quidem esse carissimum, sed multo fore cariorem, si talibus monimentis pręceptiq; lętabere. De superlatiuis.

SVperlatiuum nomen est illud, quod in comparatione prępponitur omnibus, vt si diceres. Ego sum doctissimus meo-

rum Ciuiũ, quod perinde eſt, ac ſi diceres in Doctrina ſum prę ponendus omnibus meis Ciuibus, aut cum per ſe pronuntiatũ eſt, ſignificat id, quod ſignificat eius poſitiuum cum hoc aduer bio ualde, quoniã idẽ ẽ dicere, Sũ eloquẽtiſſimus, ut ſi diceres, Sum valde eloquẽs. cũ idẽ ſit in noſtra lingua. Io ſon eloquẽtiſſimo, Et ſon molto eloquente.

De eorum formatione.

SVperlatiua quę formantur à nominibus ſecũdæ declinationis formãtur à gtõ addita, s, et ſimul ut doctus, docti, addita, s, et ſimus fit doctiſſimus cãdidus cãdidi, addita, s, et ſimus fit cãdidiſſimus. Et alia id genus. q̃ uero ueniũt à tert. declinatione, formãtur à gtõ addita ſimus, ut fortis, forti, fortiſſimus.

SVperlatiuo anomala ſunt illa, de quibus locuti ſumus in comparatiuo, Et ſunt optimus peſſimus, maximus, minimus, plurimus, munificentiſſimus.

NOmina quæ deſinunt in er, formant ſuperlatiuum in rimus addita rimus. ad primam vocem nominatiui, vt niger nigerrimus, acer acerrimus.

SVperlatiua quę deſinunt in limus ſunt quinq;, ſcilicet facilis facillimus, agilis agillimus, grailcis gracillimus, humilis humillimus, ſimilis ſimillimus. et eorũ cõpoſita ſenex, iuuenis memor carent ſuperlatiuis, deterrimus fit à verbo detero.

SVperlatiua, quæ veniunt à præpoſitionibus deſinunt in imus, vt vltra vltimus, citra citimus, infra infimus, tamẽ ſupra facit ſupremus, poſt poſtremus, extra extremus, prope proximus, ſuperlatiua formatur etiã ipſa ab aduerbijs vt à nuper nuperrimus, à pridem primus, nouiſſimus non reſpõdet ſignificationi ſui poſitiui, ſed ſignificat vltimum ferè ſemper.

De conſtructione ſuperlatiuorum.

SVperlatiuũ cõſtruitur cũ genitiuo plurali, & comparatio debet eſſe, vt iã dictũ eſt in cõparatiuo inter ſimilia, dices igitur, Hector fuit fortiſſimus Troianorum, non Græcorum.

Super-

SVperlatiuum aliquando habet post se genitiuum singularem sed necesse est. vt nomen sit collectiuum.s. vt in numero singulari significet plus vno, vt sunt hæc nomina, populus, plebs, concio, turba, vulgus, & alia similia, poteris igitur dicere. Cæsar fuit potentissimus populi Romani. 169

PErcurres per oẽs casus superlatiuorũ cnm verbis impersonalibus quemadmodnm dicimus fieri oportere, & de participijs & comparatiuis.

De nominibus participijs.

PArticipiũ nomẽ est uterq;, alter, alteruter neuter, neuterque, alia similia, q̃ semꝑ ponũtur ĩ oratione, & vsurpãtur cũ habetur sermo de duobus, & nõ de pluribus. ut est apud Ciceroe necesse est alterutrũ vincere, cioè egliè bisogno, che ò l'uno, ò l'altro uinca, parlãdo di Cesare, Et di põpeo. Ita ẽt dices Qual di uoi due è piu eloquẽte? vter vestrũ ẽ eloquẽtiorũ. Qđ nomẽ participiũ quasi sẽꝑ vsurpatur. cũ ĩterrogatus dices igitur. All'vno et l'altro di uoi due diletta abbracciare le lettere Vtrũq; vestrũ delectat ãplecti litteras. Eodẽ mõ fiet de alijs ꝑdictis cũ semꝑ loq̃mur de duob. hoĩbus, aut de duabus reb. ut si diceres. Tu nõ dai oꝑa nè all'una, nè all'altra lĩgua, ĩtẽdẽdo della greca, et della latina, dices, vtriq; lĩguę ĩcũbis eodẽ mõ ꝑcurres ꝑ oẽs casus cũ verbis ĩ ꝑsonalibus, vt supradictũ est.

NOmina participia sunt quibus vtimur cũ loqmur de pluribus, quam de duobus, vt quis, quisquis, quiuis, quicũq; quilibet nemo nullus, dicemus igitur. Qual de i soldati ascẽderà sopra il muro. Quis militũ ascende murũ. A ciascuno de i soldati piacerà ãdare alla militia. Cuicũq; militũ placebit ire ĩ militiã, et eodẽ mõ de alijs cũ sẽꝑ loquaris. Et ita poteris dicere, Niũ uitio è, che nõ sia stato ĩ Catilina, Nullũ uitiũ est, ꝙ nõ fuerit in Catilina. Et sic de singulis discurrẽdo per casus cũ impersonalibus, ut supra.

De relatiuis accidentalibus.

RElatiua accidentalia sunt, vt qualis, quantus, quod, alia

possumus dicere esse barbara, Et alio modo costructione formandę sunt.

QValis igitur est relatiuum accidentale, Et appello accidentale, quoniam significat accidens, accidens autem nomino id, qđ homini accidit, aut in corpore, aut in animo, in corpore vt albedo, nigredo, in animo, vt malitia, humanitas, crudelitas, & alia accidētia similia. huic relatiuo respondēt nomina, quę significāt accidētia, de quibus fecimus mētionē.

Exempla.

Io son bianco come tu sei. Sum albus, qualis tu es.
Tu sei negro come è tuo fratello. Tu es niger, qualis est tuus (frater.
I tuoi amici son schietti, com'io sono.
Tui amici sunt simplices qualis ego sum.

QVantus est relatiuum quod significat quantitatē, idest accidens, quod habet considerationem ad magnitudinem, & paruitatē, cui respondent nominaque significant magnitudinem, vel paruitatem, & similia. Exempla.

Io son grande come tu sei. Sum magnus, quam tu es.
Gli miei compagni sono piccoli come son'io,
Mei socij sunt parui, quantus ego sum.

QVod est relatiuum, quod significat numerum, cui respondent nomina quę significat numerum, vt duo, tres, quatuor & similia. Exempla.

Io ho tanti moscoli, & tante balle come tu hai.
Habeo tot turbines, & tot pilas quod tu habes.
Noi habbiamo hauuto tanti amici, come tu hai hauuto,
Nos habuimus tot amicos, quod tu habuisti.

ID quod grammatici appellāt quotennis, vt dixi non est uerbum latinū, Et cum latini volebant exprimere rem similē eam exprimebāt hoc modo; vt patebit in exemplis. Exēpla.

Io ho dodici anni come tu hai, Ago annum duodecimum,

quę

quæ natus sum annos duodecim, vel habeo duodecim anno quot tu habes, Vel vt tu, Vel quem tu agis.

Id quod grammatici appellant quotus, cum latini volebant exprimere rem similem, vt si diceres. Io son primo appresso à Cesare come tu sei. Dicebant, obtineo primum locum apud Cæsarem, quem tu etiam obtines. nam idem est dicere in nostra lingua. Io attengo il primo loco appresso Cesare, come tu. Et io son primo appresso Cesare come tu.

De Figuris.

Figura est vitium cũ ratione factum, est autẽ duplex figura constructionis et locutionis, Figuræ constructionis sunt octo. s. prolepsis, sylepsis, siue conceptio, zeuma, synthesis, antiptosis, euocatio synecdoche, & appositio, Prolepsis est attributio proprietatis alicui toti in suas partes diuiso, vt aquilæ volãt, vna sursum, & altera deorsum. In prolepsis requiruntur quinq;. s. totũ, partes eius determinationes partiũ ꝓprietas et ordo. Duplex est prolepsis, explicita, & implicita. Explicita est illa, in qua sunt oĩa requisita, vt cerui currũt, vnus tarde, & alter velociter. Implicita est illa, in qua tacentur aliqua, vt homines inuidẽt, alter, alteri. Syllepsis est diuersarũ dictionũ sub plurali proprietate cõceptio, vt Rex, & Regina albi. In syllepsi requirũtur quinq;. s. dictio cõcipiẽs, dictio cõcepta, copula, proprietas verbi, vel adiectiui pluralis numeri, & ꝙ proprietas cõcordet cũ dictione cõcipiẽte & discordet cũ cõcepta. Quatuor modis fit Syllepsis in genere, in numero, in persona, & in casu. In genere; masculinũ genus concepit fœmininũ, & neutrũ. Verũtamen neutrũ aliquando concipit masculinũ, & fœmininum gratia maioris significati: In numero numerus pluralis concipit singularẽ vt milites, & tribunus currũnt. In persona prima persona concipit secundã, & tertiã vt ego & tu & Socrates legimus, secunda concipit tertiã vt tu

& Socrates curritis. In casu nominatiuo concipit aliū casum cū hac propositione cū vt equus cū asino currunt. Est aūt duplex Syllepsis; directa, & indirecta. Directa est, quæ fit per similes casus vt ego, & tu legimus. Indirecta, quæ fit ꝑ dissimiles casus, vt Andreas mecum currimus. Zeugma est unius proprietatis ad diuersas dictiones facta redditio, ita ꝙ cū uno cōcordet vt ego & tu curro. In zeugmate requirūtur quinq; , aliqua diuersa substātiua, copula, proprietas pluralis, vel singularis numeri redditio proprietatis, vni per priuetis, alteri ꝑ posterius, & proprietas concordet cū illo, cui attribuitur per prius, & discordet cū illo, cui attribuitur per posterius. In tribus accidētibus fit zeugma, in genere, numero, et in persona. Triplex est zeugma à superiori, quū proprietas pręponitur ut curro ego & tu à medio, quū proprietas interponitur, vt ego curro, & tu. ab inferiori, quū proprietas postponitur, vt ego, & tu curro. Synthesis est attributio proprietatis, vni, vel pluribus copulatis, nō gratia vocis, sed significati, vt pars in frustra secāt, & Scipio, & Lelius admirātes. Tria requirūtur in synthesis, vnū subiectū, vel plura, ꝓprietas, attributio ꝓprietatis cōcordās cū significato et discordās ī uoce, ut anser fęta. Fit aūt synthesis in genere, & ī nūero. Antiptosis est attributio, casus pro casu, ad aliq̄ ꝓprietatē, ut de aqua non est in puteo. Tria requirūtnr in antiptosi vnū subiectū vna proprietas ꝙ casu, ponitur pro casu, ut vrbem quā statuo vestra est, idest vrbs. Euocat est attributio proprietas cuidā rei demonstratæ per demōstrans, vt ego Virgilius cano in euocatione requirūt vt quatuor, dictio euocās, primę vel secundę personę, dictio euocata, tertia absentia copulæ proprietas primæ aut secūdę personæ. Expositio est immediata cōiunctio duorū substātiuorum, vt auxiliumq; uiæ veteres tellure recludit thesauros. In expositione requirūtur tria dictio exponēs, idest determinās

dictio

dictio exposita, idest determinata, et proprietas ut animal homo currit. Fit autem expositio tribus de causis. Primo gratia generalitatis restringendę, vt animal asinus currit. Scđo gratia equiuocationis tollēdę, vt canis stella lucet. Tertio causa proprietatis attribuēdę & Cęsar vir fortis, & semper dictio apponēs, & apposita debēt esse eiusdē casus. Synecdoche fit, quū proprietas partis attribuitur toti, vt etiops albus dētes. Tria requiruntur in synecdoche. s. totum pars, quæ semper sit accusatiui casus, & propriet as vt mulier trunca manum.

De patronymicis.

PAtronymicum est illud, ꝙ à proprÿs nominibus patrum, vel aurū deriuatur inodes, & significat filios, vel nepotes cū genitiuo primitiui, ut Aeacides, idest filius, uel nepos Aeaci Abusiue deriuatur à nominibus matrū, ut iliades, idest ilię filius, similiter à regibus, ut Romulides, idest Romanus à Romulo à fratribus, vt phaetontiades, idest sororis phaethontis. Duplex est patronimicū. s. masculinum, & fœmininum. Masculinū sic formatur. Si venit à prima declinatione, formatur à gtō vltima litera in a cōuersa, et addita des vt Anchises anchisæ, anchisiades. Si venit à scđ a declinatione, aut genitiuus est in i, solū, et additur des, vt Priamus priami, priamides, aut ī duo, i, et vltimū, i, mutatur in a, et additur des, vt Męnetÿ, mænetiades. Si vero in ei vertitur ei in, i, longū & additur des, vt Theseus thesei thesides. Si vero à tertia declinatione formatur à datiuo addita des, vt Hector, hectoris, hectori, hectorides, Fit aūt abusio in patronimicis additione, vt Athlas Athlantiades nā debere facere Athlātides diminutione, vt Scipio scipiades deberet. n. facere Scipionides. Patronymica fœminina formantur à masculinis remota de vt Priamides Priamis. Patronymica masculina ab eus noīe in eis uel in is ꝑsæpe faciūt fœminina, vt Peleus, pelides, pelis, peleis, pelidis

dis, vel pelidos. Patronymica masculina sunt semper declinationis primæ, vt, Hectorides Hectoridæ, fœminina vero sunt tertię, ut Hectoridis.

De inchoatiuis.

INchoatiua verba sunt, quæ cum primitiuo uerbo significãt inceptionem, vt ardesco, idest incipio ardere, & orcsco, idest incipio horrere. Formãtur inchoatiua à verbis cuiuscũq; cõiugationis a secunda persona præsentis indicatiui addita co, vt amo amas amasco. ferueo ferues feruesco, gemo gemis gemisco scio scis scisco, prater hio ꝙ facit hisco cum deberet facere hiasco. Omnia quoq; inchoatiua tertiæ coniugationis sunt, & vt plurimum præteritis carent, atque supinis sunt etiam neutra & passiuis carent.

De meditatiuis.

MEditatiua sunt; quę meditationem significant cũ primitiuo, vt amaturio idest meditor amare, lecturio idest meditor legere. Formantur autem meditatiua ab extremo supino addita rio, ut lectum lectu lecturio, esum esu esurio. Omnia autem meditatiua, sunt coniugationis quartæ, & vt plurimum præteritis carent & supinis esurio tamẽ esuriui facit, et habet esuriturus. Neutra etiam meditatiua sunt, & ex se passiua nõ formant.

De frequentatiuis.

FRequentatiua sunt quæ frequentiã verbi significãt ut legito, idest frequenter lego. Frequentiua formãtur ab extremo supino mutata u, in o, vt cursum cursu cursito, domitum domitu domito. Si autẽ sunt primæ coniugationis mutant, a, in i, correptã vt imperatũ imperatu imperito, rogatum rogatu rogito, volatum volatu volito. Si autem præteritũ in gi finitur a secunda persona præsentis indicatiui modi remota, s, & addita to vt lego legis legito, ago agis agito, cogo cogis cogito, quæro tamen quærito non quæsito facit sciscitor, & scito sunt deponentia quamuis scio actiuum sit. vt Virgilius, Tum vero ardemus scitari, & quęrere causas, nosco quoq;, noscito facit,

& sequor,

& sequor, acit sector per syncopam. Omia quoque frequentati ua primæ coniugationis sunt.

De desideratiuis.

SVnt etiam quædam uerba desideratiua, quæ in so desinũt. vt viso, idest cupio videre, facesso, idest cnpio facere.

De diminutiuis.

